OFFICIVM
SANCTI POTITI MARTYRIS.

Per pulchræ ordinatum præſidio.

MARRIAE S. FELICIS ARchiabatiſſa eiſdem Monaſterio.



NEAPOLI, Apud Magiſtrum Matthiam Carcrum, anno Dom. 1553. Die 9. Aprilis.

In primi Veſp: Aña.

O Stélla Chriſti fúlgida, Potite Mártyr ínclite, obſcúra cúlpæ núbila. A ménte noſtra diſcútite. ps. Dixit dñs. Aña. Tu clárus inter mártyres. Fúlges vt inter ſýdera Sol, ac vt inter cándida: Ligúſtra cándent lilia. ps. Confitebor. Aña. Lúces vt árdens lámpada. Humána lúſtrans péctora. Vt ſal per órbem ſpárgeris. Humána ſiccãs vúlnera. ps. Beatus vir. Aña. Poſt cláram mórtis fúnera. Illúſtris inter ángelos. Tánto refúlges lúmine, quãto per órbem nómine. ps. Laudate pueri dominum. Capitulũ. Beatus vir. De cõmuni vnius Martyris. ℟. Prolixum. Gráte mi dúlcis puer áure déxtra, quas tibi láudes récinunt ſacrátæ virgines sãcte. Ac módulos pudicó péctore prõ-

ptos. ℣. Hi tibi prothúre:& olénte nárdo. Protými fáſce, & calátho roſárum. Dãtur, gémmas, & odóra, quæſo bálſama ſume. Rep. Ac módulos pudico pectore prómptos. Gloria patri, & Filio, & Spiritui ſancto. Pudico pectore prõptos.

Hymnus decantandus in tono Virginis proles: aũt iſte confeſſor Domini.

CLáret Eos puer órtus érìs
Cláret illúſtri pátre: cláret álta
Mátre, qũid mirũ, ꝙ ĩ Vrbe clára
Cláreat infans.

Id mágis mirum: quod ab éxe cláro
Sol eum Chriſtus potióre lúce
Inter atrátas rútilum ténebras.
Tráxerit ad ſe.

Vt róſam e ſpinis: véluti corrúſcum
Sýdus à terra nébula Potitum
Tráxit in fántem pius áuthor órbis
Mátris ab áluo.

Tra-

T ráxit vt véro ſibi ſóle náto
Brúta deſpéctet ſimuláchra: trino
Númine, ac vno potiátur, omni
Quo cálet æſtu.

M ártyr ò mi, dum fúeris tonánte,
Virginis curæ tibi ſint, quotánnis
Feſta condéntis tibi: déxter ádſis,
Dum ſácra cómplent.

D um tibi dúlces modulētur hýmnos,
Túras dum ſácras ádolent per aras:
Dum párant lýchnos: & olēte phánũ
Fóre corónant.

D um crócum, cálthas: viólas, ligúſtra
Cum róſis, nárdũ, týma, cum marino
Róre: ſic déxtra, vt calátho per ædẽ
Vndique ſpárgunt.

A Dei régno pie mártyr áudi
Virginum ſuſpira: cérne flétus:
Vóta, ſingúltus vt odóra défer.
Lilia Iéſus.

S úmma láus vni triadi per æuum:
Quæ

Quæ velut páruo tríbuit Potíto
Láuream: nobis préce dónet éius.
Gáudia diuum. Amen.

℣. Ora pro nobis Beatæ Potitæ. ℟. Vt digni efficiamur, &c. Ad Magnif. Aña. O fęlix púgilis glória mártyris. Qui cęli próprio ſanguine iánuam effrégit. Per íter mox crúcis áſperum ſcandéndo ſúper ætera. Oratio.

Conditor cęli, & terrę Deus: qui hódie ánimam Beáti Potíti per martýrij agónẽ: de terris ad cælos angélicis mánibus prouéctã in déxtera tua triumphãtem collocáre dignátus es: largíre nobis quæſumus: vt ipſius interuẽtu, ita de hóſtibus noſtris in hac vita aſſequámur victóriam, vt qua ipſe decorátur, & nos poſt mórtem decorémur glória. Per dñm. Ad Matut. Inuitatorium. Chriſtum regem regum adorémus dóminum. Qui Beátum Potitum

tum martýrij decoráuit. Glória. ps. Venite exultemus.

Hymnus ad vocium. Cantádus in tono. Veni creator ſpiritus. Vel ad cenā agni prouidi.

POtite Mártyr inclyte
Dum ſácra réddis ánnuo
Ritu coléndа Vírginum:
Adſis chóro pſalléntium.

A ſólis ortu púllulas
Eſtirpe práui gérminis
Vélut roſárum flóſculus
Eſtirpe dura véprium.

Parénte nátus éthnico
Affláris áura ſpíritus:
Quo fálſa cálces númina,
Crucis. trophéum próuehis.

Cupréſſus, vt crinítulo
Vibúrna præſtat vértice:
Virtúte ſic tu páruulus,
Præcéllis ómnes máxima.

Non

Non ſic Potite cynnáma
Attrita ſpirant: móribus
Vt tu modéſtis flórida
Atáta frágas ſæculo.
Tu prædicátor prómptulus
In vrbe fúlges própria:
Ieſum darénti prædicas
Fidemque pándis ciuibus.
Láus Vnitáti triplici:
Pro qua Potitus ſánguine
Fúſo potitur Mártyrum
Pálma in colúmbæ imágine. Amen.

Ad primum noct. Aña.

IEſu decóra cæſitum: Corólla Ieſu mártyrum: Spes cérne nos dum militis. Tui canámus prælium. ps. Beatus vir. Aña. Cur Antoninæ pérfuris, ò Cæſar ángue dirior. Leóne ſæuo, ſæuior, Cúrbile túrge vitrea. ps. Quare fremuerunt. Aña. Nõ ſculpta adórat mármora. Nec ligna crédit númina Aurũ Po-

titus

títus deſpicit. Nec thúra libat béluis. ps. Cum inuoce. Aña. Dúra contémnit vérbera: tetrúmque ſpérnit cárcerem. Nec vóce blánda fléctitur. Minas nec hórret éfferas. ps. Verba mei. Aña. Flagélla ſicut lília, ſúmit & ílla dédicat, Deo flagránti péctore, ſicut roſárũ flóſculos. ps. Domine dñs noſter. Aña. O lor nec álbus géſtiens, Áquas ſubíntrat vítreas: olíuum vt íntrat búliẽs. Ámor Ieſu páruulus. ps. In Domino Confido. ℣. Gloria, & honore. ℟. Et conſtituiſti eum.

Incipit Paſſio Sancti Potiti Martyris Lectio Prima.

CVm præfúlgida Chriſti mártyris: & ſtrénui patróni nr̃i Potiti paſſióne nobis ánnuo ritu, ſolemníq; pómpa hódie memoránda occúrrat deuotiſſimę ſoróres: ea ardentióri affécłu illáq; audíre opórtet. Quo maióri ſtú-

dio vóbis imitánda præpónitur. Vérum ne à ſcópo aberrárę videámur. Imploráto Dei auxilio, felicem eius órtum, ac chriſtiánam vitam. (Qua décet breuitáte) non ĩaſpicáto agrediámur. Regnãtę Romanórum quartodécimo Imperatóre Antonino, Anno ab incarnatióne noſtræ Redemptiónis. Centéſimo ſexagéſimoſéxto, orta eſt perſecútio à Neróne per tótum órbem chriſtianórum, & prę cipuè in Áſiæ pártibus. Ita excréuerat iuſſióne nefandiſſimi Cæſaris. Simulácris circa neceſſitúdinis locórum póſitis núllis darétur prætereúndi facúltas. Qui adorárent, ac ſacrificárent eis, quátenus obtemperántibus mágnis honóribus extollerentur. Qui vero reperiréntur rebélli rébus nudáti própriјs tradeﾠréntur néci. Tu autẽ dñe. ℟. i. Vt púer primum dúbiæ Dolóſum attingit vitę biuium. Relicta mox via láta, ſtúduit

per

per árctam ſcándere cállem. ℣. Tótus in ſácris vígilat: cadúci nil cúpit: Diuũ venerátur ædes, pércolit ſúmma pietáte trinum númen, & vnum. Rep. Relicta.

Lectio ij.

IN hac déniq; tẽpeſtáte Beatiſſimus mãrtyr Potitus, itaque puer exoriẽ táli plága órtum ſuum tráxit oriúndus: ſíquidem paréntibus, tum nobilitáte cláris: tum bonórum cópia illúſtribus. Hi cum Idólis (omni qua póterãt religióne inſeruirent vnicum infántulũ ſuum quem ſupérſtitem: & hærédẽ ſperábant proſpécta. Illius Idóle à cónabilis Deórum cúltus, & cerimónijs imbúere inuigilábant. Quibus Sanctus Potitus Dñe ſic ait? non des mihi ſálubræ conſilium patérnũ. Vt áſſeris. Si filius tuus éſſem, & patérno mihi amóre optimè maluiſſes, id mihi conſuláre ſatágeres. Quod ſalútis ánimæ méæ profíguũ nõ

 per-

perditiónis profuiſſet. Sed cũ alloquerétur puer hos ſermónes iuſſit hýlas pater eius cum incuſtódiam retrúdi: credens ánimum eius à ſáncto propóſito reuocáre: ſed grátia Dei érat cum illo. Demoráto aliquántulum puérulo in cárcere diuiniſq; delitijs, crébro reféćto pater, naturáli motus afféćtu, tándem in filium elánguit: Qua de re iuſſit illico illum à cárcere extrúdi, Sibi contínuo offérri quem dóminus intuens, bráchijs patérnis compléxũ exoculabátur: vixque præ ſingúltu: & gémitu effári póterat: tándem euocátis in ſe viribus erúmpens in éſilem: & flébilem vócem iterũ blandiúſculis vérbis, & várijs múnerũ pollicitatiónibus agréditur púerũ. Tu autem dñe. ℟. ij. Sic iugo Chriſti pueri le cóllum ſúdit æſtiuã arátri, vt décet: Sulcat bonitátis áruum: vómeret pácis. ℣. Cordis ex ágro tribulos reuéllit. Semen

nen irrórat láchrymis in álta mente iactárum témpore frúges. Rep. Sulcat.

Lect. iij.

HOrtátùr à Sáncto,& pio prępóſito reſiláre deſícere pénitus à fide Ieſu Crucifíxi: ádmonet illũ ſuæ cómpati teneritúdini. paréntum non negligere pietátem:non contémnere láchrymas.non eórum Canos ante tẽpus ad ínferos dedúcere.Déos ſuos prę ómnibus vltóres timére.Beniuolos amáre. Imperatórẽ ſuũ veréri. prætóribus iuſſa perfícere. floridulam demum infántiam nólle attróci morte penſáre. Cui puérulus frangatióri Spirituſáncti agniculo audátior fáctus,reſpóndit. Déſine páter, déſine blaſphemáre in vérũ Déũ garrire dimíctæ óbſecro in vnicũ filium eius Ieſum Chriſtum Redemptórẽ vniuérſæ cárnis oblatráre. Cur quẽ iniuuẽtúte tua non agnouiſti Chriſtũ Deũ éſſe.

ſe. Tu non agnóſcis infántia perſeueriſſime exóre, námque (vt cérnis) infántiũ, & lacténtium Deus perfécit láudẽ: Singuláre énim pietátis inſtitútum eſt, nil Deo pręponeres ómnia in ipſo cõpléćti, ábſque eo nec pátrem diligere, nec mátrem amáre: nam tánto minus Deũ quis díligit; quánto magis cũ eo áliquid díligit. Nec illo dignus érit, qui áliquid p̃ter illum díligit. Súmmę énim pietátis, eſt in hac te eſſe crudélem: & odiſſe matrem, & neglexiſſe pátrem propter eũ q ſedédit in oblocáuſtũ pingue, & propitiatiónem perpétuam patri pro peccátis noſtris. Tu autẽ dñe. ℟. iij. O mira poténtia Dómini. Siquidem ólim ſuis fidélibus póllicens díxerit. Si habuéritis fídem, vt gránum ſinápis: dixéritis húic monti tránſi hinc, & trãſibit. ℣. Beátus Potitus cum éſſet adhuc puérulus, grátia diuina, repletus, patris ſui diuítias

con-

contemnébat: dicens cúpio víam ſalútis te diſcere Creatórem múndi, tuique agnóſcere pater. Rep. Dixeritis huic.

Lect. iiij.

TVm pater miſtitia affectus: & láchrymis præfúſus. Secũ cõijciẽs, quod neq; dúlcibus blanditijs, neque éfferis minis ánimum puélli póſſet fléctere: & facilius póſſet Sáxa mollire quam eius ménte à Ieſu deuotióne auértere. Maióri furóre replétus pater iúſſit iterum púerum in carcéribus inclúdi, & ábſque cibo, & pótu in sõne affligi Púer. Itaque vt mitiſſimus ágnus à ſæuiſſimis lúpis excipitur altióribus, & cárceri dénuo intrúditur: vbi coniéctus, quã primum genua fléctit, & téndens ad ſýdera pálmas, & læto vúltu ménte trãquilla gratulabũdus, & hilaris, deuótula vóce ad dóminum talia, vt miditandũ arbitior adortus eſt. Dómine Ieſu dulcé-

do

do córdis mei, & ſolámen ánimę meæ. Cándor lucis ætérnæ, patérnæ glórię, & figúræ ſubſtántiæ eius. Qui vt Béemoth ſupérbum, & tortuóſum leuiatham armilla diuinitátis tuæ, & éſca humanitátis nóſtræ. Hómo crucis appendéres, & cælo in térram factus eſt homo. Natus ex Virgine dęſcendiſti, da præcor mihi conſtántiam illam, & fortitúdinē. Quā ólim púero tuo Daniéli in láco deméſo dediſti. Tu aūt. dñe. ℟. iiij. Non minus cælum præcibus fatigátur. Quā pro cúltu: láchrymis nigréntem ábluit nóctē ſáthanam repéllit dúlcihus ódis. ℣. Diua ſcructátus monumēta vatum. Sacra deguſtat rudimenta Ieſu. Tum lýā ſtringēs ſ-úitur Rachéle more Iacóbi. Rep. Lachrymis.

In ſecundo noct. Aña.

PHénix vt ĩter cynnáma, Exúſta fit viuácior: ſic hic lebéte féruido, mer-

mérſus reſúrget fórtior. p̄s. Dñe quis ha
bitabit. Aña. Potitus iſtar ángeli, fáctus
fide fortiſſimus, numen Minéruæ déſpi-
cit: iouiq; thúra dénegat. p̄s. Domine in
virtute. Aña. Cúnctis eſt æqua régola,
dulcóre fírmat débiles, virtúte fórtes
róborat, vtróſq; amóre cónfouet. pſal.
Domini eſt terra, &c. Aña. Omiles, ò
fortiſſimæ, athléta Ieſu ſánguinē, Dum
córpus vnda prófluis, ad áſtra mittis ſpi
ritum. p̄s. Exaudi Deus orationē meā
cum dep̄. Aña. Sic tórque victor áurea,
collum venúſtas ſántium, ſic mórte vi-
tam láureas. Vita triúmphans pérpeti.
p̄s. Te decet hymnus. Aña. O ter Beá-
tæ páruulæ, qui ſufferéndo láurea, Do-
náris: quam ſtrénue, Mórtem triúmphas
mórtuus. ℣. Poſuiſti dñe ſuper cap. ℟.
Corónam delap. Lectio v.

EA ſubinde fídei lórica circūda qua
circundediſti tres púeros in cámi-

nó ignis expóſitos, vt & pro amore tuo ómnia torménta mihi paráta, inuictiſſimæ vnicam. Et per martyrij agóne. Ita pueritiam meã mórtis victrícem tibi illibátam ófferam. Vt triũfáto diábolo, & debellátis carnifícibus, ad te gloriósus peruéniam. Déprecor te mitiſſimæ Ieſu: errántium viæ, & lúmen cecuciéntium. Vt ómne cordis cæcitáte à péctore patris mei diſpellas. Et vt me, ſiue me is méritis ad te vocáre dignátus es. Sic præcibus, & láchrymis meis illum ad te venire; & te véram lúcem illumináte vniuérſa cognóſcere fácias. Quo dicto ſtátus è cælo delápſus Dei ángelus eiq; lætiſſimo vultu aſſiſtens ſuáui elóquio confortátus eſt ita dicens. Tu autẽ dñe.

℟. ℣. Vt ſit nómẽ péperit Potiti mártyr inſignis: potiéndo dulce cælitum néctar Peritúra ſpréuit, cuncta ſub áſtris. ℣. Spréuit ætátis róſeam tenelle flóſculũ, ſpre-

ſpreuit titulos auorum murue fáſces ga leam,curulos prædia cénſus. Rep. Peritura.

Lectio vi.

FOrtis eſto ſtrénue miles altiſſimi regis Mágna tibi manent excruciamenta. Sed maióra gaudiórum mérita ſeruántur. Breuia ſunt, & mométanea,& perpétua præmiam,quam in cælis tibi præuidentur non déſinet te antiquus hóſtis ſicut triticum', ſed dóminus tecum érit tánquam bellátor fórtis éſto cónſtans infide, & dábitur tibi nómen nóuum,& mánna abſcónditum:&ſúper áſpidem,& baſiliſcum ambulábis,& cõculcábis leónem,& dracónem. Ínſuper exaudita eſt orátio tua,&láchrymę tuę quam ſuáues,& odoriferæ ánte dóminũ aſcendérunt,pátrem nánq; tuum. Deus miséricors,& pius, à sũmo cælo proſpéxit, & ab infidelitátis ténebræ, eripiens ad ſúum ſánctum aſciſcet ſeruitium. &

non ſolum, id tibi benigne concédit, ſed quęcúnque ab éo popóſceris lubentiſſimæ largítur. Tu autē dñe. ℟. Púer ad nudum properáre Ieſum pérgit ámpléxa crúce. Sit ſupnæ præuius, dóctor pátrię. Fit álti præ eo tonantis. ℣. Gránde virtutum iubar æqua morū normę doctrinæ ſcholæ chriſtianæ mitis eſémplar pietátis álmæ lux bonitátis. Rep. Fit alti.

Lect. vij.

CVm autem ángelus puerum alloqúutus fuiſſet. Continuo ſathā áſtitit transfigúrans ſe non in ángelum lúcis, ſed in dóminum angelórum Chriſtum Ieſum, tū dixit ei cur mi. Candidulę púer tanto abrúeris triſtitiā pélle merórem fúga timórem, compatére per puſillem, & tenéllæ pueritiæ tuæ. Ne tánquam ardénti ſole flóſculus penis tibi parátis exaréſcas. Compatére lachrymis tui pátris, & mátris tuę miſerea

re

re ſuſpira. Ad Deós tuós penátes conſé-
ſtim reuértere. Cǽſaris mandáta obtém-
pera, Ne acrióribus ſupplicijs florentẽ:
pueritiam tuam. Cápulo impónas, égo
énim ſum Chriſtus, qui tuæ compáſſus
ſum teneritúdini, órtor te, vt ab incépto
reçipiſcas, & Deórũ cúltum. Omni quo
váles ſtúdio te pénitus dédas, hæc áu-
diens Beátus Potitus, & cognóſcens illũ
éſſe ſáthanam, reſpóndit. Si tu es Chri-
ſtus, vt áſſeris incuruémus génua ſímul,
& páriter eleuátis mánibus orémus ad
pátrem. Quo percépto ſáthan, ac ſi vér-
bere táctus, aufúgit, & vélut fúlgur euá-
nuit. Intera áudiens Antóninus, & Cæ-
ſar. Conſtántiam puerilem, & contém-
ptum Deórum ſuórum. Magnópere vé-
ritus illum várijs torméntis affligi. Quẽ
Conſtántiorem ánimaduertens, mandá-
uit, vt ſęuiſſimis béluis abijcerétur de-
uorándus. Quem cum óbuium proſpe-
cta-

ſtárent crudeliſſimæ béluæ,ſtátim ad il lius pédes prouolútæ, plántulas eius lin gébant puer autem in médio eórum vé- lut alter Dániel in medio leónum bene- dicébat dóminum videns ante nefandiſ- ſimus Imperátor magnópere véritus.iuſ ſit littóribus,vt férreis pectinibus carnē illíus diſcerperent : quod adeo imma- niſſime perfecérunt,vt óſſa articulátim detégerent. Potitus autem eleuátis ad ſýdera océllis lætus,& álacris grátias á- gébat dómino dicens. Benedíco te pá- ter benigniſſimæ,quia me fámulū tuum indignū tot, & tántis chariſmátibus im- buiſti,vt non ſólū pectinibus laniári pro nómine ſáncto tuo parátus ſum. Sed, & crucifígi, & móri,quándo quidem cum páulo non fácio animam meam prætio- ſiórē quam me. Tu aūt dn̄e. ℟.vii. Gra- tus hic mundo à tenellis vnguibus ma- tris fuerat ab aluo, gratior celo. Magis eſt

eſt in aſtris gratus vtrique. ℣. Hic foras paſſus rabidas leones calcat in manes, dominatur vrſis. Sed prius vincẽs ſuperat furentem frigidis iram. Rep. Magis eſt.

Lect. viii.

QVod cum intellexiſſet Cæſar p̃-cepit accendi ignem, & ei æneũ labentem plenum oleo imponi, & dum oleũ maximè ferueret, puerulum immergi. Quo facto perinde illæſus exiuit, atque dilectus Chriſti Diſcipulus olim Ioannes. Quod nimirum admiratus ſæuiſſimus. Antoninus maiore ſuccenſus furore iuſſit ſpiculatoribus, vt puerum Potitum ad ſe adducerẽt ad locũ qui Iulia dicitur ſita ſuper ripã fluminis nomine Calabiarici, inter ſẽtiamini, & iuuamini, agros perfluẽtis, vbi pro tribunali ſedens nefandiſſimus Tirãnus mandauit tenerimo pueri vertici acutiſſimum infigi clauum. Quo infixo. Cũ

nec

nec audiret illum expiraſſe. Iuſſit, vt arrepto gladio canditum illius collũ obtruncaretur. Quod dum dirus littor, & ſęuiſſimus carnifex molitetur: puerulus fixis in ęthera luminibus, & crucis ſigna culo inſignitus poſt tot tormentorũq; genera cruenta capitis obtruncatione in columbæ ſpecie victor tanto glorioſior ad patrem ſuum cæleſtem emigrauit. Quanto conſtantior martyr pro illius amore mortem ſuperauit. Porrò eius corpus exuuialique venientes Chryſticolæ omni veneratione collegerunt, & condientes aromatibus ſepelierunt ſub Idibus Ianuarij. Hic tandẽ abſque dubio pro nobis tanto efficacius oraturus aſcendit in cælum. Quanto illius vitam enixius imitari in dies conabimus in terris, & feſtiuis paſſionem eius celebrare quotannis inuigilabimus. Nam parũ ſanctorum ſolennia celebramus. Si illorum

vi-

vitam ſectari negligimus.Illa nanq; virgo monialis ad glorioſum martyrium triumphum poſt mortem feliciſſima p̄uenit,quæ dum vixerit, illorum vitam & paciētiam in religione ſequi.Qua valet vigilantia incumbuerit, præſtāte domino Ieſu Chriſto virginum ſpōſo.Qui cum Patre, & Spirituſancto viuit Deus per infinita ſæcula ſæculorum.Amen.

℟.viij. Mortuus mundo ſathanæ parēti,ac ſibi cęlo ſuperis tonantis, viuit illuſtris Domini Potitus martyr in æuū. ℣. Ergo ſi talis tibi vita fulcit ſæculo nobis ſuper aſtra regnans impetra bona pacis arram gaudia cæli.Rep. viuit Illuſtris Domini Potitus martyr inæuum. Gloria Patri,& filio,& Spiritui ſancto,&c.

Ad Canticum. Aña. O Potite ſanctiſſimæ, Agoniſta fortiſſimæ, ò flos iocundæ gentium,& ſpeculum viuentium. O obiurgator vanitatū,& prædicator vir-

tutum. Ora pro nobis dominum. Cant. Beatus vir qui in ſapientia morabitur. Cant. Benedictus vir. Cant. Beatus vir qui in ventus eſt. ℣. Iuſtus, vt palm. ℟. ſicut cedrus libani multiplicabitur.

Lect. Sacti Euangelij ſecũdũ Matthęũ.

IN illo tempore dixit Ieſus Diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari, qa venerim pacem mictere in terram non veni pacem mittere, ſed gladium, & reliqua. Homelia Sancti Hieronymi presb. Commentum ſuper Mattheum.

Lect. viiij.

SVpra dixerat, quod dico vobis in tenebris, & quod in aure auditis prædicatæ ſuper tectis: nunc infert. Qđ poſt prædicationem ſequatur ad fidem Chriſti, totus mundus contra ſe diuiſus eſt vnaqueque domus, & in fideles habuit, & credentes, & propterea bellum miſſum eſt bonum, vt rumperetur pax mala.

mala. Tu autẽ domine miſerere nobis.

℟. viiij. Vernat vt candens roſa rore tacta, rore ceu vernat folijs apertum: liliũ, vernat veluti profuſus rore Hiacintus.

℣. Lux patri factus, meliora viuo, pandit exemplo documenta, quod nam egerit primum: ſocijs agendum præcipit actu. Repet. Vernat veluti profuſus rore Hyacinthus.

Lect. x.

TAle quid, & in Geneſi aduerſũ rebelles homines: qui moti fuerãt de oriente, & turrim extruere feſtinabant per quam cæli alta penetrarent feciſſe ſcribitur Deus, vt diuideret linguas eorum: vnde, & in pſalmo Dauid præcatur. Diſſipa domine gentes, quæ bella volunt: Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiã aduerſus matrem ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Tu aũt domine. ℟. x. Vnde pro Chriſti nece tu ceruentam e-

ligens mortē velut agnus enſi colla flexiſti. O pie martyr, ò mi Diui Potiti. ℣. O pia, ò felix anima, ò beatę ſpiritus, terræ ſpolium caducæ deſerens carnis: ſuperas ouando ſcandis in arces. Repet. O pie martyr, ò mi Diuę Potitę.

Lect. xi.

QVi amat Patrem, aut matrē pluſquam me, non eſt me dignus, & reliqua. Qui ante promiſerāt nō veni mittere pacem, ſed gladium, & diuidere homines aduerſus patrem: & matrem, & ſocrum, ne quis pietatem religioni anteferret: ſubiecit dicens. Qui amat patrem, aut matrem pluſquā me, non eſt me dignus, & in Cant. cantic. legimus. Ordinati in me charitatem. Tu autem domine. ℟. xi Nō pius lædit liquor, aut eburna membra tam candens oleum, nec ignis quid pili tangit minimi pudorē flāma veretur. ℣. Martyr à ſūmo

mo præcor axe gratis gratiã per te prę-
ſtet orbis author, ac ſacris faueat puel-
lis numine fauſto. Rep. Pudorem flãma
veretur. Lect. xij.

HIc ordo in omnĩ affectu: neceſſarius eſt: ama poſt Deum patrem, ama matrem, ama filios. Si autem neceſſitas venerit, vt amor parentũ, ac filiorum Dei amori comparetur, & nõ poſſit vtrumque ſaluari, odium in ſuos pietas in Deum eſt. Non ergo prohibuit amari patrem, aut matrem, ſed ſignãter addit. Qui amat patrem, aut matrẽ pluſ quam me, & qui non accipit crucẽ ſuã, & ſequitur me non eſt me dignus. Tu autem. ℟. xii. Centuplum reddãt oleæ, per arua ſemen in fruges vireat, falernũ vineæ fundant decuplum: præcãte. Te pie martyr. ℣. Pace nos dulci refoue, ſalubrem, aerem cura, ſcelerum reatus: qua vales purga prece, martyr, ante Iu-

dicis

dicis iram. Rep. Falernum vineæ fundant decluplum; præcante te pie martyr. Gloria patri. Præcante te piæ martyr. Deinde dicitur. Te Deum Laudamus.

Sequitur Euangelium ſecundũ Matth.

IN illo tempore dixit Ieſus Diſcipulis ſuis. Nolite arbitrari, qa venerim pacem mittere in terram, nõ veni pacem mittere, ſed gladium. Veni, & ſeparare hominem aduerſus patrem ſuũ, & filium aduerſus matrem ſuã, & nurus aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius. Qui amat patrẽ, aut matrem pluſquã me nõ eſt me dignus, & qui amat filium, aut filiã ſuper me non eſt me dignus, & qui non accipit crucẽ ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus. Qui inuenit animam ſuam perdet illã, & qui perdiderit animam ſuam propter me inueniet eam. Qui recipit vos me recipit:

cipit: recipit eum qui miſit me. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui recipit iuſtum in nomine iuſti mercedem iuſti accipiet: & quicunque potum dederit vno ex minimis iſtis calicem aquę frigidæ tantũ in nomine Diſcipuli, amẽ dico vobis: non perdet mercedem ſuã. Amen.

Te decet laus: te decet Hymnus, tibi gloria Deo patri, & filio, cum ſancto Spiritu, in ſæcula ſæculorum. Amẽ. Orõ.

PRæſta quęſumus pijſſime Deus: ad martyris tui Potiti gloriam nos fæliciter peruenire: de cuius triũphãti agone concedis temporali nos feſtiuitate gloriari. Per Chriſtum dominũ noſtrum. Amen.

Ad Laudes. Aña.

O Stella Chr. &c. vt ĩ primis veſp. P̃s. Dñs regnauit. Aña. Tu clarus

rus

rus ĩ te,&c. vt in prim.veſp.p̃s. Iubilate Deo omnis terra,ſcr.&c. Añа. Luces vt ard.&c. Vt in primis Veſp.p̃s. Deus Deus meus ad te de lu. &c. Aña. Non ſic Potite cynnama: attrita ſpirant:moribus: vt tu modeſtis florida, ætate fragas ſæculo. p̃s. Benedicite. Aña. Poſt clara mortis funera: illuſtris inter angelos, tanto refulges lumine, quanto per orbẽ nomine. p̃s. Laudate Dño de cęl. Capitulum. Beatus vir. vt ſupra. de vno martyre. ℟.breue. Poſuiſti Domine ſuper caput eius,&c. Gloria Patri. Poſuiſti. Hymnus ad Laudes in tono.

Deus tuorum militum.

INgens Dei potentia,
Et martyris victoria,
Crudelis ira præſidis,
Et beluarum mititas.
Quæcunque ſæuit dentibus,
Cornu, vel vngue belua,

De

De martyris veſtigia,
Vt mitis eſt ouiculá.
Tormenta ſic amplectitur:
Vt grata cęlà munera.
Sic blandimenta reſpuit:
Vt dira mortis vulnera.
Per hæc Potite pignora
Quæ Ieſus vltro contulit:
Sacris roga virgunculis
Candentis agni nuptias.
Poſt quem canendo geſtiant
Plenis oliua lampadis:
Odora dent vacinia,
Stolis amicta candidis:
A vanitate ſæculi,
A carnis æſtu lubricæ:
Et à maligno Demone
Has tu Potite libera.
Deo ſit vni gloria
Qui nos ab omni protegat.
Malo peccatu martyris,

Ac regna det cæleſtia. Amen. ℣. Ora pro nobis B. Potite. ℟. Vt digni.

Añæ. Ad Benedictus.

Pro tuis regnum meritis latinũ à fame: à bello tueare queſo: vt à peſte: à tonitru: à corruſco fulmine ſerues. ps. Benedictus.

Oratio.

MIſericors, & benigniſſime pater: qui nos facis annua martyris tui Potiti ſolennitate gratulari: pręſta quæſumus, vt cuius exultamus gaudijs: inſtruamur exemplis. Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. Ad iii. Capitulũ. Beatus vir, vt ſupra. ℣. Gloria, & honore.

Oratio.

PAter miſericordiarum Deus: qui martyri tuo Beato Potito: tantam tribuiſti: ab infantia contra dæmonum inſidias virtutem, vt illorum ſemper victo exiſteret: tribue nobis quæſumus: illius meritis: & præcibus: omnia

dæmo-

dæmonum tentamenta ſuperare. Per dominum noſtrum,&c.

Ad vi. Capitul.

CVſtodiat cum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi: aut vinceret: & ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Deo gratias. ℟. Poſuiſti domine ſuper caput eius. ℣. Coronã del.

Oratio.

ANnue quæſumus clementiſſime Deus: vt interceſſione B. martyris tui Potiti ab omnibus tentationibus liberemur in corpore: & à prauis cogitationibus mũdemur in mẽte. Per dominum noſtrum,&c.

Ad Nonam. Capitulum.

STolam iucũditas induit cũm dominus, & coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Iuſtus, vt palma flo. ℟. Sicut cedrus. Oratio.

PRotector in te confidentiũ Deus fac nos præcamur: ita carnis illecebras: & mundi faſtus contemnere: vt ad beatitudinis gloriam aſcendere valeamus ad quam hodie: per martyrij paſſionem paruulum tuum Potitũ victorem aſcendiſſe. Per dominum, &c.

In ij. Veſperis Añá. vt in primis veſp.

Capitulum.

BEatus vir: qui ſuffert tentationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ: quam repromiſit Deus diligẽtibus ſe. ℟. breue. Gloria, & honore coronaſti eum domine. ℣. Et conſtituiſti.

Hymnus decantandus in tono Virginis proles.

ARdet ò felix anima: ardet igne
Igne diuino: rabiem tyranni
Voce demulcet placida ſilendo.
Mitigat iram.

F la-

lagra ceu flores (quibus ante Ieſum
Serta contexat) patitur: cruenta
(O Dei virtus) veluti ſmaragdos.
Vulnera ſuffert.

Carcerum vinclis puer arctus: vncis
Pectinum clauis lacerus: lebetem
Intrat ignitum: calido triumphat
Merſus oliuo.

Vincit, immanes patiendo pœnas
Cæſarem: laſſat lanios, flagella
Mente tranquilla ſubeundo: victor
Cum nece pugnat.

Angeli verbo monitus: propinquam
Haud ſecus mortē cupit: ac perennis
Ianuam vitæ: requiem laborum:
Præmia pugnæ.

Vnde transfixo capiti cruento
Clauo: (immerſo iugulo mucrone:)
Spiritum felix ſuper alta fudit
Aſtra Potitus.

Morte ſic victa viridante lauro

Verticem cindit: ſacra colla comit
Torque geminata: fruitur tonante
Martyr in æuum.
Si caro prurit: niueum pudoris
Irriga rorem: ſathanæ ſagittas
Frange (ſidirus iacit hoſtis) armis
Arma retundæ.
Pompa ſi cæci peritura ſæcli
Ridet: æternæ moderare vitæ
Gloria: pulſis famæ peſte: bello
A lare noſtro.
Laus ſit æternæ triadi perennis,
Et patri: & nato: & tibi vbiq; ſanctę
Spiritus: martyr quibus alma noſtra
Vota referto. Amen.

℣. Ora pro nobis Beatæ Potitæ. ℟. Vt dignus. Ad Magnificat. Aña.

HOdie feliciſſima athletæ Chriſti Potiti aĩa in columbæ ſpecie (depoſita carnis ſarcina) ab angelorum choris excipitur, hodie triumphata

ta morte per martyrij agonem cæli Capitolium glorioſa ingreditur, hodie aſſumpta immortalitatis laurea, præclaro ſummi regis ſenatui pro nobis interceſſura admittitur.

Pſalmus Magnificat. Oratio.

OMnipotens ęternæ Deus, qui B. Potito martyri tuo tantam fidei conſtantiam tribuiſti, vt ad martyrij coronam fæliciter perueniret. Cōcede nobis quæſumus: vt illius interceſſione aduerſus inſidias Diaboli, & carnis illecebras ſemper conſtātes exiſtamus: & gloriam conſequamur æternā. Per dominum noſtrum, &c.

Lectiones infra octauam. Lect. j.

DEus autem Deorum dominus, qui nouit qui ſunt eius, & quē ad coronam creat: & quem ad gehenā:

benedictionis ſuę,& inſtillicidijs gratiarum ſuarum, velut alterum puerum Samuelem iublo futurum ſibi miniſtrum, fidelem, non ſolum in Oriente, ſed per totum Occidentem, & tamquam eius electionis quò poſtet nomen meum filium ſui Ieſu coram gentibus, & regibus & filius Iſrael ornauit omni lapide pręcioſo. Tu aũt dñe. Lect. ij.

VNde nec abſque præſagio à parẽtibus Potitus nominatus fuit, quandoquidem diuinis chariſmatibus initiatus ab vnguidinibus iam inſloridula infantia potiri cæpit cum Helia ſibilo auræ tenuis, & luctari, ac ſi Iacob fortiſſimus cum Angelo vſq; ad auroram. Tu aũt dñe. Lect. iij.

QVod animaduertens pater eius hylas totis neruis Deorum attendebatur animum pueri auertere, & vana Deorum ſuperſtitione inſtituere:

ſtituere: nunc blanditijs: nunc oſculis num munuſculis demulliens enim infantulus diuina affatus: aurum perinde: ac turris: Dauid cum propugnaculis contra Damaſcum: ita blanditijs paternis non flectebatur, atque robuſta quercus perculſa molli aiura nec poterat humanis blāditijs, qui diuinis paciebatur delitijs. Tu autem. Lectio iiij.

AMplexebatur puerum pater exoſculabatur mater: infantulum: eſte lachrymis profuſus: hæc ſciſſis crinibus gemebunda: ille memorabat prædiorum numerum: auorumque titulos. Iſta vero diuitiarum afluentiū. Tu autem domine. Lect. v.

COnquerebatur nullum dimittere poſt ſe ſuperſtitem: nullumq; delegare hæredē ipſe fore ſolum iu-

ablactādo labores. Tu aūt dñe. Lect. vj.

QVorum incarnationibus puerulus inſtar aſpidis ſurde, & obturātis aures ſuas ad vocem incantium ſe proferens ſiccis oculis angelico vultu tinnula, & ſuaui votula animos parentum ad meliora, & eminentiora Chariſmata euocabat. Tu autem domine. Lectio vij.

PAritura eſſe omnia, quæ pollicebatur. Sibi non tanquam balbutiens puerulus, ſed velut eloquēs ſenex efficaci perſuaſionem inſinuebat non oblitus dicentis. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur: animæ vero ſuæ detrimentum patiatur. Tu autem domine. Lect. viij.

VAna inquit paruulus: ſimulacra, quę colitis opera manuum hominum ligna: & era. Dominus eſt Deus verus: & trinus qui fabricatus eſt

aure

auroram, & ſolem: qui floribus diſtinguit agris. vt æthera ſtellis. Tu autē domine.

Lect. viiij.

CVius filium adoro Chriſte Ieſus pro nobis factus homo crucifixus fuit, & ſepultus. Deſcendit ad inferos: Qui tertia die reſurgens: aſcendit cælum ſedetq; ad dexteram patris interpellaturus quotidie pro nobis. Tu autem domine.

Lect. x.

QVi licet ſit pax noſtra faciens vtrunque vnum, Iudæum, ſcilicet & grecū: reconſilians vos Deo patri, & Angelis eius pretio ſanguinis, & ſui tamen dicebat non veni pacē mittere in terram, ſed gladium. Tu autem domine.

Lect. xj.

GLadium vtique æternæ pacis venit mictere in terram, quo fidelis

uota genitrice,& religioſa ſoror ab in re ligioſo fratre. Tu aūt dom ine. Lect. xij.

NAm vt ſummum pacis genus eſt cum vicijs ſemper habere duellū ſic cum ſceleſtis non cōuenire io cunda concordia eſt, quo audito pater ſicut noctua in lucem cecutiens furore correptus, itaque nūquā loqui amplius valuit. Tu autem domine. Lect. xiij.

CVmque hæc, & alia ſimilia multa Deo inſpirante diceret ſāctus Po titus ſtupefactus pater vltra quā credi poſt admirans, & inquit modo no ui, quot ſit Deus Chriſtianorum. Qui tā ta, & talia per hunc puerum loquitur, quanta, & qualia nunquam expertum ſum. Tu autem domine. Lect. xiiij.

AD quem ait ſanctus martyr. Cupio ego tibi magis conſulere, & veritatis viam ediſcere, vt Creatori vius mundituiq; agnito ſatisfactus, &

& de tantis talibuſque neſandis errori-
bus quibus inretitus es, Quatenus ab his
[illegible]ibus correptus mereris aliquo mo-
do: perfrui propitiationis eius clemen-
tia, ſiue alias tibi videtur ſcito cum tuis
Idolis amodo, & deinceps per omnia
comutentum, & exacribiliter perſua-
ſus eſſes. Tu autem domine. Lect. xv.

ORante Sācto Potito aſtitit ei An
gelus domini loquens, & dicens
exaudita eſt oratio tua, & quic-
quid à Deo popoſceris in ſine dilatione
obtinebis confortatus ab Angelo forti
animo eſto aduerſus incidias, quæ à dæ-
monio ſunt tibi gerende. Tu autē dn̄e.

Feſta quæ celebratur à monialibus mo-
naſterij Sancti Potiti, non contenta in
Calendario Romano per circulū anni

martyr.

Februarius die 6. Sancta Dorothea vir-
go,& martyr.

Martius die 16. S. Seuerus Eps,

Aprilis die 30. S. Seuerus Eps, & conf.

Maius die 23. S. Efremus Eps, & conf.

Iunius die 13. S. Antonius de Padua cōf.

Iulius die 15. Sanctus Athanaſius Epi-
ſcopus,& confeſſor die 16. eiſdē Sā-
cta Maria del Carmino.

Settember die 19. Sāctus Ianuarius E-
piſcopus,& martyr.

October caret, &c.

Nouember die 9. Sanctus Agrippinus
Confeſſor die 21. Præſentatio Marię
Virginis.

December die 14. Sanctus Anellus Ab-
bas, &c.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE